



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata**

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex  
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

**Arias Montano, Benito**

**Antverpiæ, 1589**

Psalm. LXXXIIV. Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44993**

19 Sic te discere, sic noscere maximus  
I A M , te poterunt dicere & vnicum,  
Omnis terra tremens suspicit editi  
Cuius numina nominis.

## PSALM. LXXXIIII.

Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum.

## SOLI D E O G R A T I B E A T I .

Ad præstantem super Gittith filiorum  
Corahh, Psalmus.

*Carmen Dicolor Distrophon.*

- 2 B Ellipotens I A S tua quam tentoria diua  
Digna coli sunt, dignaque amari.  
3 Atria quam cupit hic animus, quam percipit, I A E :  
Tentatura caro mea corque est.  
Quippe & ouas canet hæc caro, cui tum cōcinet hoc  
Et F O R T E M & viuum celebrabunt. (cor,  
4 Inuenit passerque domū & nidum sibi; hirundo hæc  
Pignora depositus sua, pullos.  
Armi potens I A S mihi rex, Deus & mihi, ut aras  
Ipse tuas cupio meditorque!  
5 Felices quicunque tua versantur in æde,  
Vsque & perpetuo celebrant te.  
6 Quique homines sibi te robur posuere, beati,  
Strata viasque in corde probatas.  
7 Vallibus ingressi plorante ubi murmure fons est,  
Cisternæ quoque & imbre recepto;  
Imbre ut cisternæ testes rebusque secundis  
Exudentque fluantque benignè;  
8 Ex turma in turmam venient; D E V S inque Sione  
Hos auctos virtute videbit.  
9 Bellipotens I A S D E V S audi vota; precesque  
V S Q V E mieas D E V S excipe Iacob.  
10 O D E V S ò noster clypeus nos respice, Christi &  
Gerne tui vultus faciemque.  
11 Mille dies unus vincit tua ad atria, tantum  
Viuitur ille dies quoque latus.  
Ipse mei optarim potius prope limina, ut hospes,  
Esse D E I , tentoria quam si  
Improba possessor nimis ac ditata tenere  
Atque frequentare integra possent.

- 12 Nam Sol, nā clypeus DEVS est, namq. optimus IAS,  
Et decus & præbebit honorem.  
Non negat ille bonum cunctis qui simplice cursu  
Ire viam tenduntque fuentque.  
13 Armipotens IAS, homo, spes tua quem tenet, ille  
Multiplici ut sit sorte beatus!

## PSALM. LXXXV.

Benedixisti Domine terram tuam.

## DIVINI DONI PRAESTANTIA.

- 1 Ad præstantem filiorum Corahh Psalmus.

## Carmen Sapphicum.

- 2 **I** Am tuæ terræ miserator IAS  
Admoues mentem bonus & benignus;  
Iam iugo liber redit ipse fracto  
Te duce Iacob.  
3 Iam tui prauam populique culpam  
Tollis, & noxas vitiosaque acta  
Oculis, nullo refricanda, & visque  
Obniis, tuo.  
4 Contines iram superantis omnem  
Istius nati, & colibes calorem.  
5 Nos salutaris D E V S o represso  
Redde furore.  
6 Nunquid æternum subeunda nobis  
Istius nubes furibunda vultus?  
Tendet in cunctas sôbolesque nati  
Irritus ardor?  
7 Nonne tu viræ propius redibis  
Auctor? vt viuens populus tuus te  
Te patre & vitam referente certam  
Gaudieat alio?  
8 Te salutarem miserator IAS  
Redde nobis, te facilem & benignum of-  
fende. Quid FORTIS Dominus locutus  
Proferet IAS  
Audiam; namque is populo suorum  
Proferens pacem placidam eloquetur,  
Ac piis nunquam illi vitium reuerens  
Stultitiamve.

10 Proxima